vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus Bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem praefata Gnsa Gnsa Cristina Trembinska Consors cum suo praescripti Gnsi Pauli Wierzbicki Mariti, viri Tutoris Coniugalis personali assistentia et vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu Illustrem et Magnificum Albrachtum Krasinski Palatinum Generalem Masouiae, eiusque Successores, de summa Octingentorum Florenorum Polonicalium sibi Recognoscentibus Scripto certo manuali de data illius Lublini Vigesima Tertia Maii, Anno praesenti confect. ad soluendum assecurata, tum de ipso Scripto manuali, quoad summam praedictam Octingentorum Florenorum Polonicalium tantummodo spectat, ob sufficientem summae eiusdem Octingentorum Florenorum Polonicalium praestitam persolutionem, quietant, emittunt, dimittunt, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiant, Scriptum hocidem manuale quo tantummodo ad praedictam summam, cassant, mortificant et annihilant. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wierzbickie Conges Magnco Krasinskiemu roborant. 1744

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen. Castrensibus Capitanealibus Premysliens. Gnsi Paulus Wierzbicki et Cristina Trembinska Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iuris-

1744

dictioni quo ad Actum hunc attinet, se eum Successo-
ribus Bonisq suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atq subiiciendo, palam, libere, pu-
blice, ac per expressum recognouerunt et quilibet illo-
rum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et
quidem Consors cum praefati Mariti sui, uti Tutoris
Coniugalis personali assistentia, et ultroneo ad infra
recognoscenda consensu, se ac suos successores in
et super Bonis suis generaliter omnibus, summisq
pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribunt
et obligant praesentibus, Scriptum certum manuale
per se Recognoscentes in rem et manus Illustris et Ma-
gnifici Albrachti Krasinski Palatini Generalis Ma-
souiae, ratione certarum rerum et conditionum in eo-
dem Scripto manuali contentarum de Actu et Data
illius Lublini, Die Vigesima Tertia Maii Anno prae-
senti confectum conscriptum, datum, manibus suis Re-
cognoscentium propriis subscriptum, in omnibus et sin-
gulis Scripti eiusdem manualis Conditionibus punctis,
clausulis, articulis, vadiis, ligamentis ac nexibus gene-
raliter vniuersis eidem Illustri et Magnifico Albra-
chto Krasinski Palatino Generali Masouiae et ipsius
Posteris firmiter tenere complere exequi, ac inuiolabili-
ter obseruare, omnibusq et singulis illius contentis tam
in toto, quam in quauis minima parte toties quoties
opus fuerit satisfacere, Scriptum praefatum manuale,
ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscri-
ptionem praesentem Roboratoriam ad Scriptum prae-
dictum manuale in toto vicissim referendo. Idq sub Va-
dio summae Quatuor Millium Florenorum Polonica-
lium, per eosdem Recognoscentes Generosos Mierzwickie
Coniuges, aut eorum Posteros, praedicto Illustri et Magni-
fico Palatino Generali Masouiae, et ipsius Successo-
ribus, ob non completionem contentorum Scripti praefati

manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit, ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succumbit, ac pro re aliqua principali ex contentis Scripti praefati manualis non completa complendaq. Citati existente memorati Recognoscentes Generosi Wierzbicki Coniuges, aut eorum Posteri, ad instantiam suprafati Illustris et Magnifici Palatini Generalis Masoviae siue ipsius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit tenebitur, seque ac suos Successores ad ea[r] tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes, exinde consequentes, Causa eundem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum, seruitio militari, ad munimenta, ad Euictorem, vel alijs quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietatio-nem praeterea extra proximas Officii praefati Castrensis Capitaneatus Premysliensis Terminos Dilationis sibi non recipiendo, nullasq. Motiones, Appellationem sibi non recipiendo, nullasq. Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Pannis Simplicibus vel triplicatis, Euasionibus, Suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conuentioneq. ac alijs omnibus

Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Stadnicki Kowalskim Coniugibus Scriptum roborat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Victorinus de Zmigrod Stadnicki Subdapifer
144
Terrae Belzensis sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, Bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit: Quia ipse suo et Generosae Teresiae de Tomislawice Consortis suae legitimae, pro cuius ratihabitione cavet, et se praesentibus inscribit nomine, se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosorum Martini Kowalski et Catharinae Marszewiczowna Coniugum Legitimorum, ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto manuali contentarum, de Actu et Data, tactibus hic Premysliae Die hesterna Actum praesentem proxime praecedente, nempe Feria Quinta in Crastino Festi Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae Anno praesenti, Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo, confectum conscriptum et datum manu sui Recogno-